

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale Ad vsum sacri Ordinis Cisterciensis, nuper a mendis quamplurimis repurgatum, ac denuo accuratius per viros probos eiusdem ordinis recognitum, [et] emendatum - Cod. Lichtenthal 134

Le Blanc, Jean

[Lichtenthal], [1560 Druck; Handschrift Anfang 17. Jh.]

Kupferstich

[urn:nbn:de:bsz:31-40622](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-40622)

Dominica

Ad maiorē missam. Dñs vobiscum.



Passio dñi nostri iesu christi: scdm mattheum. Gloria tibi dñe. xvi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Scitis qz post biduum pascha fiet: & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Tūc congregati sunt principes sacerdotū & seniores populi in atrium principis sacerdotū: qui dicebatur cayphas. & cōsiliū fecerunt vt iesum dolo tenerēt & occiderent. Dicebāt autem. Nō in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Cū autē esset iesus in bethania i domo simonis leprosi: accessit ad eum mulier habens alabastrū vnguenti preciosi & effudit super caput ipsius recubentis. Videntes autē discipuli: indignati sunt dicētes. Vt quid perditio hęc: Potuit em̄ istud venundari multo: & dari pauperib⁹. Sciēs autē iesus: ait illis. Quid molesti estis huic mulieri: Qp̄ bonū: operata est in me. Nā sēper pauperes habetis vobiscū: me autē nō sēper habēbitis.

tis. Mittēs em̄ hec vnguentū hoc in corpus meū: ad sepeliendū me fecit. Amen dico vobis: vbiūq; predicatum fuerit hoc euāgelū in toto mūdo: dicetur & qđ hec fecit i memoriā eius. Tūc abiit vnus de duodecim qui dicitur iudas scarioth ad principes sacerdotū: et ait illis. Quid vultis michi dare: & ego vobis eū tradā. At illi cōstituerūt ei triginta argenteos. Et exinde querebat oportunitatē vt eum traderet. Prima autē die azimō: accesserūt discipuli ad iesū dicētes. Ubi vis parem⁹ tibi comedere pascha: At iesus dixit. Ite in civitatem ad quendā: & dicite ei: Magister dicit. Tēpus meum prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut cōstituit illis iesus: et parauerunt paschā. Vespere autem facto: discūbebāt cū duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit. Amen dico vobis: quia vnus vestrum me traditurus est. Et contristati valde: ceperūt singuli dicere. Nunqđ ego sum dñe: At ipse respōdens ait. Qui intingit me cū manū in paropside: hic me tradet. Filius quidem hoīs vadit sicut scriptū est de illō. Ne autem hoī illi per quem filius hoīs tradetur. Bonū erat ei: si nā: non fuisset hō ille. Respōdens autem iudas qđ tradidit eū: dixit. Nunqđ ego sum rabbi: Ait illi. Tū dixisti. Cenantib⁹ autem eis: accepit iesus panem: et benedixit ac fregit: deditq; discipulis suis: et ait. Accipite: et comedite. Hoc est corpus meū. Et accipiens calicem: gratias egit et dedit eis dicēs. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamēti: qui pro multis effundetur in remissionē peccatorū. Dico autē vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis vsq; in diem illū: